

Audiv. 1. 2.

Officij nostri est, ut ne salutem nisi in tali
persona quæramus.

Per istum enim unicum Mediatorem ad-
tus nobis ad Patrem patet: quo freti de
remissione omnium peccatorum &
renovatione per Spiritum sanctum,
eoque vita perenni certissimi sumus.

Is est Jesus Christus, summus Pontifex, &c.
cujus professionem è manibus elabi
non sinamus: ex monito & additis ra-
tionibus Apostoli. Hebr. 4, 14. & se-
quentibus.

Huic soli fit laus, gloria æternum!

DOMINICA VII.

Ex Quæst. 16. & seqq.

*MEDIATOR UNICUS EX EUAN-
gelio noscitur.*

TEXTUS Heb. 2, 14, &c. Sive 1. Tim. 2, 4.

*Vers. 14. Quoniam pueri participes sunt carnis
& sanguinis, ipse quoque consimiliter
particeps factus est eorundem, ut per
mortem aboleret eum peres quem est
mortis robur, hoc est diabolum.*

*vers. 15. Et liberos redderet quotquot metu mor-
tis per omnem vitam obnoxii erant
servituti.*

vers. 16.